seu domesticis utilis est. Unde
ipse Iudeorum premittit sive de for-
titudine tractans que bellum generaliter
... ceteris ... in rebus belli-
cis et domesticis. Ad primum addi-
tur quod homo non exponit personam suam
mortis periculis nisi propter iusticiam
conservandam. Et ideo laus fortitudinis
quodammodo ex iusticia dependet. Unde
dicit Ambrosius in primo de officiis quod
fortitudo sine iusticia iniquitatis
est materia; quo enim validior est
eo promptior est ut inferiorem oppri-
mat, ut patet ... que sunt

Nec te collaudes nec te
culpaveris ipsum. Hoc fa-
ciunt stulti quos glo-
ria vexat inanis. Catonis
nomen hic prius preceptum.

Nec te collaudes etc. Auctores sue
respective conveniunt ... triplicem
assignant quare proprius videat
qui sunt oculos ... qui
oculos profundos habent. Prima
causa est quia profundus oculus
est magis a nocivis occasionibus
elongatus. Secunda est quod in oculo

profundo virtus visiva amplius adunatur
eo quod magis intus profundatur. Tertia
causa est quia profundus oculus ad
nervum opticum propinquius accedit in
quo nervo virtus visiva sicut in
fonte consistit. Ex consimilibus causis
vera sapiencia magis concordat humilibus quam
vane gloriosis et superbis. Primo quia
quia humilitas est maxime a periculis
elongata, et ideo nescit vane glorie
declinare pericula. Hoc autem est maxime
sapientis scire scilicet mala spiritualia vel
que comitantur vanam gloriam humilitate
declinare. Secundo quia humilitas bona
sua pertinencia gloriam non ostendit sed
magis congregat et occultat, et quanto
amplius tanto videt profundius. Unde
sicut dicit Plinius in 10o libro naturalis
historie: Oculus existens in profundo ...
putei videt potest stellas in celo.
Ideo dicit Ptholomeus in principio
Almagesti: Cum inter sapientes est
humilior existat sapiencior; sicut longe
profundior magis humidatur aquis ceteris
lacunis. Tercio quia humilitas est ma-
xime deo propinqua. Deuteronomio xxxiiio
Qui appropinquant pedibus eius accipient
de doctrina illius. Cum igitur vult ad veram sapi-
enciam pervenire ad illud debet per humili-
tatem accedere qui secundum dominus est in quo
sunt omnes thesauri sapiencie
et sciencie absconditi. Ad Colossenses 2o. Cum
igitur ad veram pertinet sapienciam gloriam in
conspectu hominum et non in laudibus hominum
querere sicut quod ad Corinthios 1o triplus dicitur
Gloria nostra hec est testimonium consciencie nostre.
Ac ideo doctor ille egregius in Ovidio de ...
regimine hoc idem signavit asserere videtur
dicens quod prudentes regnes ille dicitur
que alem in suis assumpserit vasis perpen-
dat intelligi quod lectiva bonorum hominum
operum in corde et consciencia recondunt.
Egidius de factis regiminibus dicit quod

propter quas glorie vane cupidi intelliguntur
quia eos sumpserunt oleum in vasis
suis i[d est] que lenam bonorum operum in lau
dibus hominum posuerunt. Ideo a regno celorum
merito exclusi fuerunt. Attendens igitur
auctor quod mirabile est quod tam auditores
vere sapientie ab ipsius studio vel ab
retrahere faciat quam iactantie seu in
anis glorie vicium. Contrarium ipsi audi
tori hoc sunt preceptum. Propter quod cum
ab hoc vicio retrahi debet simpliciter pe
nitus abhominandum. Unde dicit: Nec te
collaudes etc. quod vult auctor innuere
quod magnificare te non debes, juxta
illud proverbiorum xxvii c.: Ob alienum laudet
te non tuum, quia omnis laus in ore
proprio sordescit. Nec eciam tempus culpabilis
quia inanis glorie cupidi aliquando se
metipsos commendant vel aliquid operantur
et tali animo ut ab aliis laudentur vel
parcit se. Sed revera in presenti vita non
debet se laudare, nec eciam ab illo laudari
velle. Racio est quia si cogitat tempus
preteritum videbit quod nichil fecit unde do
lere debet; si futurum sive imminens videbit multa
unde timere debet. Si presens intuetur
in se multos defectus pro quibus erubescere
debet et se humiliare. Ergo homo
debet se laudare nec laudari velle qui
habet causam tantam doloris timoris et
ruboris. Unde philosophus primo [illegible] inter
[illegible] et abhominanda est hominem facere(?).
Et tria sunt propter que quis debet a propriis
laudibus se abstinere. Primum est sui ipsius
imperfectionis consideratio. Secundum est periculum
propter hoc ad mendicia(?) preparata. Tercium est
meritis boni operis exclusio. Secundo propter
delectatione(?) est secundum(?) facere contra
secundum humanas leges [illegible] propter
[illegible] quod [illegible] parte sui imperfectus
et vituperio reperiat [illegible]. Patet
quod nullus se laudare debet nec eciam
potest. Unde glossa Ambrosii in sermone

confessor sit. Unde laudanda navigantis
felicitas sed cum pervenit ad
portum; laudanda ducis virtus sed cum
pervenit ad triumphum. Quis autem
homines potest tute et sine tremida(?)
tone(?) laudari qui eos de preterito
meminit se habere quod doleat et de fu
turo sibi super esse quod timeat quod
nullus. Unde secundi(?) delectatione(?) est
secundum, quia propter hoc quod ipse coram aliis
se laudat ipsum et virtutes suas
propalat cavenda perversorum et maiorum
superborum provocat et hoc advenit
dicens, tamen eum in earum cordibus
de bonis auditis gratia accenditur
ipsum iactatorem despiciunt nec superbum
condolat. Unde philosophus quod ille sepius
laudat coram aliis qui contra
mundi sunt et superbi. Patet sibi
casum et ruinam. Hoc est, i[d est] dicit
Gregorius: Depredari desiderat qui
thesaurum publice in via portat.
Tercium delectatione insuper intendit
quod propter hoc quod homo se laudat et
gloriam ab hominibus querit compellor
dicere ut et bona que agit cum
magna cautela teneat ne propter hoc
quod vobis eternum gerit, favor autem
humana gracia requirit, nec appetitus
humanus subrepat et quod foris audi
mus a mercede evacuet. Ergo
ad hanc primam methaphoram particularem(?)
videlicet Nec te collaudes, cavere
debemus possumus utrumque. Iactus se de aliqua
virtute consilio caveat illa ne ad
malum habeat. Hinc etiam dicitur
tradere quod quis sepius de aliqua virtute
laudatur probabiliter credi potest quod
careat virtute illa qua de se predi
cat. Cuius racio est quod ille qui habet
bonum aliquod non preferri volens(?)
et patens non curat illud habere

iudicio impfeccioni fallacioni et de
bilioni Verbigracia qui habz aliqd
a principe nec curat illud habere
ab inferiori / et qui hz aliqd in re
non curat illud habere in spe / et
si curaret illud habere non impfe
ccioni et debilioni signum esset q
non hz illud Unde qui aliquis lau
dando curat esse virtuosus ne gloria
Consiliarius hoc racione ad confessionem
maxime intitur apparere illud in quo
est defectuosus / quia quilibet naturaliter
nititur occultare defectum Unde videmus
cum inter turpis quilibet se magis
ornat quam pulchra / et claudus
plus vult ambulare et balbuciens
loqui et hoc est quod dicit poeta
Nitimur in vetitum semper cupimusque ne
gata Sic medicus in minuet aliquis
aliquis Et que fortune dulcedines
sunt ceteris gaudium &c. Si ergo ab
alio laudari vult apparere virtuosus
in eo de quo se laudat / videtur
esse signum a contrario accidentibus
quod non sit virtuosus Consiliarius
et autem dictum racione per maiorem quia
tradit philosophus in 2° Ethicorum dicens
cum virtuosi laudis non appetunt de
hac materia vide B in primo prope
ptis auctoritate proposito Cum te aliquis
laudat tibi laudando passive tene
spiritum active quia dicit Nec te collau
des &c Pro intelligencia huius
primi metri prime particule est de illa
questione quando vel inbesignando
intelligi debeat iactancia sit mortale
peccatum videtur Ethicorum sicut in questione q c 14
dicens cum iactancia duplex consideratur pt
modus suos se et tunc est mortale peccatum
quando aliquis iactat se fert quod
est contra laudem dei &c prima

Et ipse hic de usu mortali Elevacio est
quo tunc et dixisti deus ego sum / vel
cum contra caritatem proximi / puta cum quis
se iactando prorumpit in contumelias alio
rum sicut habetur Luce 18 Non sum sicut ceteri homines
raptores &c Sed si non sit contra gloriam
dei vel contra caritatem proximi erit
peccatum veniale Alio modo potest considerari iac
tancia secundum suam causam et sic quandoque procedit
ex superbia vel inani gloria illa que
sit peccatum mortale et ipsa erit mortale
aliter erit veniale Si vero sit propter
appetitum lucri videtur pertinere ad ceteri
deceptores vel decepcionem et magis est
peccatum mortale Sed nec hoc semper quia
potest esse tale lucrum ex quo alius
non dampnificatur Sequitur in metro
Nec te culpaveris ipse &c Pro isto
sciendum est plus intelligencia est et sciendum
quia hoc pertinet ad yronie vicium
que est ex mendacio / scilicet cum aliqua
de se dicat quam in rei veritate sunt
ut patet per Aristotelem in 4° Ethicorum huius
vicium supradicta occasione puto valde de
tali questione quando ut vicium yronie
sit peccatum et quale habet honorem per
tractat Unus Thomas in secunda secunde q in d.
cum inmora de se dicat per contingere
supplicari vivos salva veritate dum
scilicet aliquis / malicia que sunt in eo
reticet / et quando inmora confitetur / et sic
non pertinet ad yroniam nec est peccatum
secundum genus suum Alio modo dicit quis vincula
declinando a veritate puta cum asserit
de se aliquod vile quod in se non cognoscat
aut cum negat aliquod magnum quod tamen
percipit in se ipso &c pertinet ad yroniam
et est semper peccatum nulla cum causa mendacii
est ut dicit Augustinus de verbis apostoli in
canone cum humilitatis pura q. in vi. &c

C

Cum singularis causa mentitur si non omnis
peccator mentiens efficitur / hoc faciunt
stulti quos vocat gloria inanis / Pro
intelligentia ad huius sermonis intellectum et
observantiam est duplex faciendum. Et gloria
dividitur in vanam scilicet et bonam / bona
dividitur in veram et verissimam / vera
simpliciter est testimonium bone conscientie
quod soli alicuius nullus preter consciens
est / hec autem est de qua loquitur apostolus
2 ad Cor. 1o Gloria nostra hec est testimonium
conscientie nostre. Verior quod dulcedo
conscientie in mente sentitur / quod conscientie
testimonium dat spiritus noster quod filii dei sumus.
Verissima gloria est eterna. Item vana gloria
dividitur in dyabolicam et humanam. Dyabolica
est qua quis de malicia gloriatur de
hac dicit ps. quid gloriaris in malicia.
Humana dividitur in temporalem et spiritualem
Carnalis mundanorum est / que in vestium
pulcritudine, in divitiarum multitudine
in dignitatum altitudine, et in deliciarum
amplitudine et similibus consistit / hec
carnalis lumini comparatur quod de
nocte lucet et non de die ut sunt
lumina quorundam vermium qui dicuntur
noctiluce et squame piscium et lin
gua putrida. Sic mundani in presenti
nocte culpe et ignorancie vane glo
riosi et de iudicii die coram tenebro
sitas appellat Unde sapiens quidam
vanam gloriam et mundi vanitatem
sic describebat videlicet simiculam vestitam
indutam scarlatam scriptum in fronte
Meum est primatus et superfluitas
In pectore autem meo sunt divitie
et gloria In vestimentorum fimbriis scriptum
erat Sed hec est omnia vanitas
Mundana vanitas mundi non apparet
dum vestis tota voluta est Sic est quando
vivit sed discesso vite fetidum suum
totaliter apparet / hoc vult dicere quod
homo in fine sue vite dum discesserit
mortuus apparet quis et qualis est

Et quia in fimbriis scriptum erat
et hec omnia vanitas per hoc
intelligi debet quod vanitas mundi
non apparet nec in principio nec in
medio sed in fine que ad veritatem
adducit. Spiritualis vana gloria est
ypocrisis / hec autem est valde periculosa
quia per vanam gloriam suorum operum
laborem perdit ypocrita. Unde ypo
crite sicut tygrides quibus contin
gerunt dicitur enim quod quando ve
nator catulos tygridis secum
aptat in via diversa ponit spe
cula in quibus tygris se aspi
ciens et ex hoc se anxietas credens
ymaginem suam quam videt in
speculis suos esse filios venatorem
non persequitur et taliter delusa eos
perdit. Sic mundi dyabolus opera
ypocrite rapere volens coram deo
divinis laudibus apparuit quibus
ypocritam per complacentiam arrestat
et suorum operum meritum perdit. licet
cum ab omnibus gloria contempnenda
sit et conculcanda, precipue tamen a
claustralibus est evitanda. Unde
Prima salus monachi est media
honorum contempnere licet autem con
tra hanc vane glorie venenum multa re
periantur remedia unum tamen de
multis perfugium primum quod et prin
cipale remedium contra vanam gloriam
est bonorum operum absconsio hoc
remedium docuit dominus cum mandavit moysi
quod lepra apparet significat qui
dum manum posuisset in sinum facta est
sicut nix lepra unde Gregorius
Ille perdit et debet bonum quod
agit publicare qui per hoc similitudinem
fundat et nulla claritate contingit
quantum potius periculosum sit et quam
cius declinant defectus quod in sunt

qui per vii maius glorie filias
designauit Vnde de inani glo
ria filie sunt septem omnes et nascun
Prima est inobediencia nam vana
gloria in nullo videri vult inferior
quod fieret si mandatum adimpleret
Secunda est gloriacio qua vult videri
ad clamose et plus appetere Tercia
est iactancia qua quis enarrat secundum
bona sua ut laudabilis appareat
Quarta est ypocrisis que querit in cor
poralibus apparere Quinta est perti
nacia que ferum suum malum vel
defectum defendit ne ignarus vi
deatur Sexta est discordia quando omne
dictum assumit contra propter vanam
gloriam Septima est nouitatum pre
sumpcio qua que noua vel
dicit vel invenit ut laudetur

Pro premissorum intelligencia magis
in speciali est de infrascriptis duo
bus dubitacionibus querendum vel in
vestigandum Et primo queri potest
utrum appetitus inanis glorie sit
mortale peccatum Huic questioni dicendum
videtur Augustinus super illo qui eam fecerat
in sua suo xxx c. xxxiv d. ex tali
appetitu potest esse mortale quantum
duo ex parte materie ad aliquis
glorietur de aliquo falso quod contrariatur
diuine reuerencie sicut illud Ezechielis xxviii
Eo quod eleuatum est cor tuum et di
xisti deus ego sum Vel sicut ad
quod bonum temporale de quo gloriatur
prefert deo contra illud cum prohibetur Ieremie
ix Non glorietur sapiens in sapien
cia sua neque fortis in fortitudine sua
neque diues in diuiciis suis sed
glorietur sciens et noscens me quia ego
sum dominus qui facio misericordiam et
iudicium in terra Vel tercio ad quod

prefert testimonium hominum testimonio dei
sicut in quosdam dicitur Iohannis xii
dilexerunt magis gloriam hominum quam
dei Vel ex parte ipsius qui propter ipsius
gloriam qui intencionem suam refert
ad gloriam tamquam ad ultimum finem
ad quem ordinet actus virtutis opera
et pro quo prętermittat que sunt con
traria Hiis quatuor modis gloria vana
est mortale peccatum Quo ad secundum utrum
gloria sit maius peccatum in conuersatione
personis ut in religiosis et huiusmodi
Huic questioni videri potest quod motus in
anis glorie aliquando insurgit contra
spiritualibus ut sciencia vel virtutibus et
sic hoc modo quanto minus habet
de delectacione corporali intensius parat
peccata inanis glorie qui de hiis
bonis gloriatur Alio modo quo hoc
non tamen materia minus quod est spiri
tuale donum et bonum sed motiuum
contrarius sicut sunt diuicie ut temporales
potencie propter quas homo honoratur
et sicut hiis diues laudatur aliquando
autem non bene viuendo sicut hoc plu
ribus modis paratur motus inanis
glorie et plus habet de incentiuo
contrarii minus racione quo ad bona
minus Secundum hoc videri potest ad ob
iecta que fieri possent sicut distinc
cionem eius quod est pluribus modis
peccare et magis peccare contingit
duobus modis vel quo maiori causa
vel quia minus habet excusacionis
Magis quo peccant claustrales quod
minus habent excusacionis et plus de
eo unde plus quam seculares quia
pluribus modis Ideo claustrales
quamuis peccant quo ad hoc quod licet bonum personis
statum sit de inani gloria magis vero
peccant seculares quia bonum contra habet

maius de quo potest magis vere
gloriari et patet veritas premissorum
Jtem prefate noli maledicta
referre / Post iniurias ua-
menisse malorum est dure
sunt sed plis precipue lux
prefate etc sunt simulque apostoli ad Ro. xv
quecumque enim scripta sunt ad nostram
doctrinam scripta sunt etc. quapropter legitur
Exo. ix c. Quod inter ceteras plagas quas
deus immisit pharaoni fuit sexta pla-
ga et hec valde crudelis fuit et se-
uissima. Scribitur precepit deus moysi
et aaron quod ipse moyses manu tol-
lens de camino plenas reciperet et
pulueres illos in celum coram pharaone
spargere debet dicens. sitque puluis super
omnem terram egypti. Erunt enim in hominibus
et in iumentis ulcera et vesice tur-
gentes in vniuersa terra egypti / tu-
lerunt ergo cinerem de camino et steterunt
coram pharaone et sparsit moyses in
celum. factumque est sicut ulcera vesicarum
turgentium in hominibus et iumentis ut
poterant malefici stare coram moyse
propter ulcera que in illis erant et in omni
terra egypti etc. / Nota de x plagis
egiptiorum / Prima plaga fuit aqua
in sanguinem conversa / Secunda rane que
ebullierunt super terram / Tercia sinifex
in qua defecerunt magi / Quarta
musca omnis generis / Quinta mors
animalium / Sexta vesice turgentes ut hic
Septima grando / Octaua locuste
Nona tenebre / Decima mors primo-
genitorum. De predictis omnibus habetur
in. c. viii. ix. & item [illegible] egiptiorum
Moraliter per hanc plagam hominibus
que de fornace processit [illegible]
num et discordias seminantium desi-
gnat, qui velut huius fornacis suffi-
catorum dyabolicarum lites atque discor-
dias inter fideles student suscitare

Quod est contra sapientem dicentem Ecci.
xix Ne iteres verbum durum et
nequam et non minoraberis /
Illius ignis fornacis sunt detracto-
lingue que ad odium vel rancorem
talis peccatores incitare conantur
de quibus Eccli. xxviii Susurro
et bilinguis maledictus / multos
enim turbauit pacem habentes / Similiter
vel cineres huius fornacis dyabolice
per illud parabolice sunt signa ran-
coris et odii in facie proximi
cum dicit propter fictam et occultam ma-
ledictorum recordatione qui cineres
remanet aliquibus in delicto reliquie
in malitia de nouo mete et vesice
in mentis turbare per lite predictis
exardeant seu inflammatis ad
sursum ut fiant candelas ad proprias
et de gente in gentem dispergant
et apparant iuxta illud Ecci. xxviii
Cum lingua tertia multos commouit
et dispersit illos de gente in gentem
Nota quod nullus tamquam ad pacem
et concordiam prefate redimi potest
nisi quod toto abluisset iniurias
et remouerit offensam. Ad tale
respondetur hystoria legitur enim quod
tempore paganorum erat Rome quoddam
templum quod constructum fuit in honore
dei concordie in quo templo stabat
deus concordie respiciens medium undique
quod omnia alia ydola diis [illegible]
stabat ad portam templi et istud
ydolum scilicet dei concordie stabat
verso vultu ad parietem sinistrum
templi et scabellos voluebat ad
parietem sinistrum in muro contra
faciem suam cinis erat scriptum
hoc verbum. Iniuriam et videbat contra
verbum ante deum lege et contemplari
per tempus vel cum in muro erat
scriptum aliud verbum scilicet iniuria ad
dimittendum ut est dictum quod nullus

Rate vdua patescit ad pacem et
concordiam nisi postponant iniurias
sibi factas et remittantur. Swetonius
accepimus quod Julii Cesaris de quo
legitur quod nullus erat felicius obli
viscens iniurias sibi factas. Non
... quod si pax perfecta esse debet
opportet quod primo sit in corde et
postea per signa demonstretur. Quotiens
videt in libro de naturis animalium re
citatur quod pulli yrundinum habent
in ventre lapidem preciosum qui celido
nia nominatur, qui a celo sit datus
sed non omnes pulli habent lapidem
sed solum illi qui mutuo sibi ro
stra coniungunt quod signum pacis esse
videtur indicare. Sic Moralizator in
proposito celidonia nominatur pax que
a solo deo datur Joh. xiiii. Pacem
meam do vobis, sed hec non nisi
in cordibus eorum qui pacis signa
sibi mutuo ostendunt valet reperiri.
Vt ergo filii vere pacis dici valeamus
ad consilium Job nos attendere
oportet: inquirite pacem et persequimini
eam. Attendens igitur autor quod hec
sapiencie auditorum magis non decet
nec eos qui in inimicicia ad amiciciam
sunt reducti offensiones et iniurias
hactenus factas aliqualiter ad memoriam
reducere, tum hec vel hora
insonuit sapiencia fieri non debere
iuxta beati Jacobi [illegible] dicentis
que desursum est sapiencia pacifica est et
benigna. Et tanto hec sine [illegible]
probet ab omnibus et magis [illegible]
sapientibus auditoribus fore penitus absti
nendum dum dicit: Litis preterite,
id est quod velit autor tunere si cum
aliquo litem [illegible] vel discordiam
habueris, noli ad memoriam revocare.
[illegible] quia cum concessisti animum
anima ut ait Tull. Nichil est
turpius quam cum illo bellum gerere
cum quo familiariter vixeris. Magnum
est cum inter discordes pacem confirmare
sed maius est reformatam sufficienter
conservare. Racione hac sententia
[illegible] de arte confirmatur dicente:
Non minor est virtus quam querere par
ta tueri. Ibi casus in hoc de [illegible] Na
[illegible] est [illegible] fortune et [illegible] morbus
Casus inest in illis tollitur arte ma
lum. Et hoc est quod autor intendit
dum dicit: Noli maledicta referre,
id est [illegible] dicere vel referre, id est verba ma
ledicta [illegible] litis, id est [illegible] contencionis
causa malorum est, id est ad malos pertinet
iracundia una, id est discordia peperit que
per iniurias multiplicatas [illegible]
dus. Non qualis [illegible] nec animus
memor maledicti [illegible] contrarium facit
hoc [illegible] ipsi lites suscitat.
Sapiens de tali [illegible] loquitur Salomon
[illegible] c. [illegible] suscitat lites
et [illegible] separat principes. Ad hec
[illegible] quod narrat Augustinus de Civitate
Dei de quodam pessimo homine qui
cupiens duos principes [illegible] pacatos
discordiam seminare, quidam hystoria
[illegible] narravit [illegible] que hy
storia inquit [illegible] propter
diligenciam [illegible] in fine. [illegible]
[illegible] et detestabile [illegible] fit inter
pacatos discordiam seminare. Unde
Salomon Proverbiorum vi dicit: Sex sunt
que odit dominus et septimum detestatur
anima eius, scilicet eum qui seminat
inter fratres discordiam. Cum vel tales
[illegible] dicunt [illegible]
iurgia et discordias seminantes qui
multiplicant per omnia. Sed qui dum [illegible]
[illegible] ab [illegible] corporibus
[illegible] cadunt [illegible] cum
malo [illegible] augent mala
omnia discordiam seminando [illegible]

tpre est om̄ iniciatiuum extinguitur
hec ille. Dicit quo brevissime tradit
Thomas 2a 2e q. xxxvij. d. et qui abs
sistit ex intencione dissentit a bono
divino et bono proximi in quo debet
consentire hoc est peccatum mortale ex suo
genere propter contrarietatem ad caritatem, licet
primi motus discordie sint peccata veni
alia propter imperfectionem actus. Secundo cum intencio
discordancium est ad aliquod bonum quod pertinet
ad honorem dei, vel utilitatem proximi
tamen unus existimat hoc esse bonum
alius autem habet opinionem contrariam non
est peccatum nisi huiusmodi discordia vel er
ror circa ea que sunt de necessitate
salutis, vel si pertinacia indebite adhi
beatur. Ex quo patet quod discordia
quandoque est cum peccato unius tantum quandoque est
cum peccato. utriusque puta cum uterque dissentit
a bono alterius, diligit bonum proprium
De maledictis xxiiijor vicijs lingue
ac eciam seminatorem discordie require
B in xxiiij parte precepto Maledictus
ne esto etc. de lingwe et dissensionem
seminatorem vide in tercio parte precepto
metuo deum prima, et ibi plenissime
de ista. Sed autem hic definit supplementa
ibidem.

Tere quesitis modice, tu supplex
fundat, labitur exiguo quod
partum est tempore longo. Diversi
pars sic partis preceptum dicte
quesitis etc. Autor in primo precepto au
ditorem vel sapientem intendit inducere ut
tamen in conspectum eius et in omnibus agendis
mensuram modum et ordinem sciat servare
et tenere ut sine modo et ordine quicquam
debet agere quia que ordinata sunt ad
suam laudem et honoris tendunt ut quod
dicit in suo primo de consolacione Boecius
vera quod preceptum via etiam ordine desunt
lectos non habet exitus. Et Augustinus in libro
Confessionum Perordinata in sesta sunt

ordinata non quiescunt. De modo
vero dicit in libro de doctrina xiana
et modus in verbis vas est discretio sua
et modus in verbis nos facit esse bonos
De mensura quoque alibi dicit Quantum ad
omne quod est mensuram pone, quod est
sine mensura deficit omne quod est
res sine mensura vix durat [...]ra
cura et Seneca Continencia non si
diligis ... superflua et nocua
desideria tua constringe. Considera tecum
quantum natura poscat non quantum cupi
ditas expectat, separate ... ut
delicios ... que deus clarum tibi
dignatus est, ita ut velis modum
abstineas, ne avaritie nimium in
... sed medium semper in omnibus
tenens super illud Medium tenere
beati et hoc est quod hic autor
intendit cum dicit Cum supertus
i. [...] vel facultas habundat
tibi dicte quesitis modice. i. tempe
rate ut non sis in dando prodigus
nec in retinendo avarus ut dicitur illa
vitas ista non minas, quia illud
quod est partum i. longo tempore acquisitum
hoc vult dicere quantum magnum
sursum in retinendo labitur i. deficit
exiguo tempore videlicet si fueris prodigus
in dando vel eciam in expendendo, tamen
dicta et grandat ... Cum apostolo
... dicit ... vitu longo
tempore brevius habet consumpsit. dicit glo
usque ad maxime quinque virtutes
x. q. iij. sunt retal. Super corporalis
istorum metrorum non expedit hic in
... quia sententia earum ... et ...
tis habeas satis ad plenum B in pri
ma parte ... precepto xxxiij. Nec in
... parte eadem precepto xxxiij
Consilia potius etc. Pro premissorum
intelligencia ... puto magis in
... quoniam ...

Dubitatur cum prodigalitas sit vicium et videtur quod non, quia prodigalitas aut est capitale vicium aut aliquid reducitur. Si est capitale ergo adiungi- tur octo capitalia, et Gregorius dicit quod sunt tantum vij. Si aliquid reducitur queritur ad quid, sicut avaricia dando et nichil dando nec ad aliud multo magis ut videtur. Item que est racio non ponitur vicium capitale sicut avaricia ad quod dicendum quod non est corrupta que inclinat ad peccatum, quia corrupta est non inclinat ad dandum omnia que prodigalitas facit, ut ibi ponat finem, sed ulterius, ut saluet laudetur ipse, cum dat nichil ut bo- noretur, ut dicior fiat. Et ideo prodi- galitas cum sit ad aliud reducibilis non debet poni capitale, unde cum redu- citur ad ypocrisim, unde ad inane gloriam et quod in avaricia sive cupiditatem. Licet cum contrario actus opponuntur avaricia et prodiga- litas non tamen aliquid commune ad sic similibus cum est concupiscencia rei temporalis concupiscencia autem est quo indigencia, sicut dicit Linconiensis. Indigencia est concupiscencie principium, racio autem quare quod avaricia ponitur capitale sicut non prodigalitas est quia corrupta natura magis inclinat ad conplectum sui quam ad sufficienciam, quantum ad alterius commendacionem. Avaricia cum est ad retinendum sibi, prodigalitas autem ad dandum alteri, quod non est dandum, unde cum peyores contrarie contrarios in avarum cum prodigus vide supra in prima parte metrica rex precepto. Re- tibi quid desit. Et in principio

Insipiens esto cum tempus postulat aut res. Stulticiam simulare loco summa prudencia est. Diversum sensum hic facit precepto. Insipiens esto re- licet sensum hic parabili sensu

in effectus nec sapiens dicatur cum vera sapiencia sit simulacione diminuatur nullo- tamen pro loco et tempore prudens insipienciam vel stulticiam simulare potest et debet, nec cum talis insipiencia vel stulticia, prudencia summa potest reputari. Ad hunc conver- dat cum versus pre partis metrice precepto temporibus modus est. Ad cuius precepti cum ducia est sciendum quod Ysydorus libro x° ethi- mologiarum inter insipientem stultum et fatuum diferenciam assignat dicens. Insipiens cuius contrarius est sapiens, ac quod est sine sapore discrecionis et sensus tamen, unde videtur esse insipiencia cum stulticia, licet cum diversa sint nomina tamen ad unum finem tendunt, proprie autem aliquis videtur esse stultus quod pauit defectum in sensu interiori que attendit. Sicut sensus altissima et caupita. Unde si de- ficiat in interiori vel ad mediam non esset vocatur stultus. Lucaulens et si quod homo sit disposicione naturali pravus in amentibus non est peccatum. Si autem hoc contingat ex eo quod homo in vigit similis in rebus terrenis ex quo reddat cum sensus ineptum ad divina percipienda sicut illud in ad Corinthios ij. Prudens hoc spiritus stultorum perdet eos. Hoc est stulti ut peccato lucaulent meritur. Unde dicitur stultus qui stolidus vel dicitur stultus qui stupidus, quia saluti ad omnia que videt et audit stupet, nec loqui nec videre scit, eo quod stulticia ebetudinem cordis et obtusionem sensuum importat fatuus vero a fando quia sic fando et loquendo suam fatuitatem manifestat eo quod fatuitas importat spiritualis sensus privacionem. Hanc dicentes applicat Thomas secunda secunde questione xlvi et cum vide potes ibidem. De tali insipiencia stulticia seu ac fa- tuitate non intelligit hic auctor sed de quadam ficta vel apparenti qua aliquis pro loco et tempore sapiens et prudens simulat ut malum

aliquod vel periculum sive corporale sit
sive spirituale valeat evitare et in
tali casu stulticiam simulare summa est
prudencia ut auctor noster docet di-
cens Insipiens esto etc. cum velit fu-
mere Esto insipiens id est sine appa-
rencia sapiencia ad tempus postulat id est exi-
git aut res id est utilitas vel oportunitas
vel id est materia, quia summa prudencia
id est magna sapiencia est simulare id est finge-
re stulticiam loco id est apto loco et tempore
aliquando cum se stultum viderit [illegible],
prudencia que providencia dicitur id est providus
id est a longe videns, quia a longe provi-
det que futura sunt. Propinquissima
intelligencia ac eius observancia est [illegible]
secundum quadruplex simulacio in sacris
reperitur Canonibus, due quarum sunt
vitande quia male et prave et alie
due imitande sunt et sequende quia
bone et necessarie. Prima est viciosa
et hec est fugienda, hec enim probatur
autem in Canone Caveat xxii q. ii.
Caveat inquit ipse Ambrosius fratres men-
dacium, quia omnes qui amant menda-
cium filii sunt dyaboli. non solum in fictis
verbis sed eciam in simulatis operibus men-
dacium est. Mendacium namque est aliud
dicere et opera contraria non facere. Secunda
simulacio est detestabilis et prava et hec
est penitus fugienda et abicienda de hac
habetur in Canone officium xxii q. ii.
Ubi dicit Iulius papa Officium nostre con-
sideracionis non est opus dissimulare
ea scilicet que corrigi possunt salva
pace et sine scandalo, alias facimus
ut in di. decimas. Tercia est discreta
et virtuosa hec autem sequenda ut in
Canone [illegible]. xxii q. iii
quarta est laudabilis et propria et hec
est imitanda. Prima autem declaracione est
[illegible] sciendum quod diversi diversas stulticias
ex diversis causis diversis temporibus atque locis
simulaverunt ut eorum scripture exempla

aliquando ut evitaret imminentem offen-
sam, quam evitare minime potuisset
nisi stulticiam simulasset, ut de
Ulixe qui stultum se simulando sale
seminat volens ad obsidionem troye
venire etc. aliquando ut evitaret va-
nam gloriam. Unde quidam senex in
spelunca latens multis rogatus pre-
cibus a quodam sibi iniuste orare
vel [illegible] super filium suum demoni-
acum vel [illegible] ei [illegible]
qui sciebant eum esse sanctum, Ecce
videns ille senex expoliavit se
et cepit nudus lavare vestimenta
sua in flumine. Quod ille qui duxerat
eum dixit [illegible] senex
[illegible] perdidit [illegible], et veniens ad
senem quesivit, quare hoc fecisset
quia omnes dicebant demonium habet
iste senex, cui ait, et ego volebam
hoc audire, aliquando ut occultaret
notitiam persone ut patet de rege
David qui simulavit se insanum
et furiosum ut cognosceretur ab achis
rege geth sicut in i. regum xxi. declarat
hystoria, qui quidem David volens
effugere manus achis regis finxit
se stultum et collidebatur inter manus
eorum et impingebat in hostia
pallacii et fluebant salive in
barbam eius, quem videns rex
achis expulit eum a se dicens
numquid desunt nobis furiosi etc.
et sic propter talem simulacionem, quia
finxit se stultum manus regis inimici
sui capitalis evasit. David iste postea
fuit a deo dilectus et electus in regem
israhel, aliquando vero ut vindicaret
divinam offensam, quam vindicare non
potuissent nisi stulticiam simulassent
sicut patet de Iehu rege israhel
qui simulat se facere [illegible]
[illegible] Baal [illegible]

Raal aggravare valet quos preta
ppblate volebat investire ut in
ff dolat hystoria, que quidem tristisque
p^ccedit tetat^r in Cariae Villarum xx
v. q. v. De hac aut vide B in pa
pte vicesima precepto decimo cuius summa
versus xcl in pa. q. in principio Ita
est quo vincendum si iusti homines
aliqua simulant & tempore et loco ad
suam et aliorum salutem. Cum hoc
ad significavit ordinavit dominus & salvator
noster Christus non habens peccatum nec
carnis peccatum a dyabolo peti auctores
nos in se a. pse et cuius fidem
divinam instituta cooperuit dicit glo.
ut scilicet falleret hominum generis
inimicum. Et hoc est quod apostolus I ad
Cor. ii. Nisi immo cognovisset dicit dicit
si dyabolus eum filium dei scivisset
nunquam eum a iudeis crucifigi passus
fuisset. De ista vide lucas sup
in hac pte xxiii precepto caveas
sicuti vero esse placitum xcl in quo
verum de ceteris Christi incarnationis et
humani generis redemptionis. Tal de
tali sic pya et laudabili simulatione
autor procul dubio intelligit dum
dicit Stulticia simulare loco xcl
Ero premissorum intelligencia magis
in speciali est de infrascriptis tribus
casibus cavendum vel inbesti^gandum
Et primo utrum in bello iusto li
citum sit uti simulacionibus insi
diosis ut simulare fugam vel timorem
vel audaciam vel aliquid simile
Breuissime hunc casum vide tantum
Alex. hia sic. q. p^l. d. ch. insidiose
simulaciones ordinantur fallendum
hostes potest autem aliquis ex dicto
vel facto alterius duplicater falli Primo
ex eo quod dicitur ei falsum vel non servat
promissum et istud semper est illicitum
et per hos modos nullus debet falle
hostes Sunt enim quedam iura bellorum
et federa et inter ipsos observanda ut
dicit Ambrosius in libro de officiis. Secundo potest
aliquis falli ex dicto vel facto nostro
quia propositum nostrum vel intellectum nostrum
non aperimus. Hoc autem semper facere non te
nemur quia in doctrina sacra multa occu
ltantur maxime in fidelibus ne irrideant
iuxta illud Math. x. Nolite sanctum
dare canibus. Unde multo magis sunt
occultanda ea que parantur ad pugnandum
inimicos. Unde inter cetera documenta
rei militaris que ponit Frontinus in
libro i^o stratagematon frequens et est
capitulum de consiliis occultandis. In v^o
libro sunt speciales de insidiis et est
circa c. xcl. Et talis occultacio pertinet
ad rationem insidiarum quibus licitum
est uti in bellis iustis, nec proprie tales
insidie vocantur fraudes, nec iusticie
repugnant nec ordinate voluntati.
Esset enim inordinata voluntas
si vellet nichil sibi ab aliis occul
tari. Et patet veritas casus. De hac
questione vide B in sua xxxviii pte &
pr. qui incipit decimo et ultimo
dupliciter quod oppositis nobilibus pulchri
particulis in tua questione et quod ibi
deficit hic suppletum. De secundo casu
utrum simulare se amicum alicuius sit
grave peccatum vide B in pte ysaya
xxi^o precepto Saluta libenter.
De tercio casu scilicet utrum omnis simulatio
sit mortale peccatum vide B in prima
pte vicesima precepto decimo cuius
simulat versus ultima questione

Homines fugito simul et vinum
viciorum vitare cavere
nec sunt omnia fame
Circa hunc textum sic procedendum
Homines fugito xcl. Sunt tria
corpalia bona homini a deo

27. ex levis corpale

Vita
Fama
Divicie

clergia specialiter ad quorum instruccionem
intendimus per vitas honestas fama
vestra locum habet. Primo quidem comparative
bonum est vita. Secundum est fama. Ter-
cia possessio rerum temporalium. Sed inter
res temporales post vitam fama precio-
sior esse videtur. Unde per eius de-
fectum homo impeditur a multis bene
agendis et ideo ad conservacionem fame
conari debemus honeste vivere. Et
hoc est quod dicitur Ecclesiastici xli Curam
habe de bono nomine. Hoc enim magis
permanebit tibi quam mille thesauri
magni et preciosi. Attendens quam autem
quod inter alia vicia que hominis famam
bonam tollere ac eciam denigrare sunt
luxuria et avaricia. Pro tanto docere
sapiens auditorem per hoc suum propter
vicia antedicta docet cavere et fa-
mam bonam retinere, quod faciliter adim-
plere valebit, si consilio ipsius sapientis
voluerit adherere. Unde ipse sapiens
contra vicia prelibata auditori suo
duo prebet remedia. Et primo contra
luxuriam docet honestatem conservare
dicens illud Sapiencie vii Venerunt in
omnia bona pariter cum illa et in-
numerabilis honestas per manum illius.
Secundo contra avariciam docet esse liberalitatem
habere. Unde sapiens primo dicitur proposui
habere mecum adducere ad convivendum.
Propter primum docet luxuriam fugere dicens
dicat luxuriam fugito. Propter secundum
docet et instruit avariciam abiecere
abdicare cum subiungit Cum avaricie
... ciam littera de se est satis plana
ideo non indiget alia exposicione.
Propter maiorem intelligenciam ac eciam
abstinencia est dicere sciendum quod inter
cetera mortalia vicia luxurie viciam
peccatum est detestandum tamen quod est quia
usus venereorum sit substancia naturaliter
quia per eorum commixtionem natura generatur
et crescit corporaliter ut natura ad

regulacionem ipsius usus intenditur
bono et ordine rerum; quando si
in hoc bonum rerum deficiat, ubi
ille tanto magis communis et universaliter
erit in ordine, quanto peius impe-
ditur et offenditur. Maius bonum
manifestum autem est quod per Aristotelem passus
luxurie talis usus venereus in-
ordinatus efficitur, et per consequens luxuria
per se est peccatum. Ad cuius noticiam per-
fectiorem adducendam est in peccatum
luxurie sunt diversitates omnes species
maiori vel minori malicia aggra-
vatur. Nam est quedam civitas
que attenditur ex luxurioso incestu
ut qui coit cum personis affinitate
iunctis, hoc supponendo scelus tanto
est gravius, quanto gradus sanguinis
magis est propinquus. Alia est civi-
tas que per stuprum acquiritur quod
in virginibus defloracione committi-
tur sub parentum custodia vel destinali
regula permanent. Ecclesiastici xlii Super filiam luxuriosam
firma custodiam, ne quando faciat
te in obprobrium inimicis venire.
Alia est civitas luxuriosi adul-
terantis, quo alieno thoro iniuri-
atur. Levitici xx quod dicitur de muliere:
Si mechatus fuerit cum uxore
alterius et adulterium perpetraverit
cum uxore proximi sui morte mo-
riantur ambo, sanguis eorum
sit super eos. Item alia est civi-
tas fornicacionis simplicis que
inter solutum et solutam
ex qua nascitur prindrow filio na-
turales, et talis fornicacionis genera-
bitur parentes qui ex debito naturali
tenentur filiis victum providere. Nam
de iure civili in casibus multis
isti filii naturales per subsequentem ...

preficiantur et eciam de iure laycos et
ad honores et gradus ecclesiasticos
non ascendunt, nisi benediccione dei
sponsacionis accedat. Apostolus quod
scribitur Thobie iiii° attende tibi
ab omni fornicacione et preter uxorem
tuam non paciaris unquam puta vel-
contractos audientes ex luxuria pre-
dentes. Exsior eciam bruto luxurie multa
mala insurgunt vnde quot enumerantur
viii vicia ut dicit Gregorius xxxi moralium
que vocantur filie eius videlicet cecitas
mentis, quia sicut cingit in ope-
luxurioso cecitas tota racio absorbetur
Inconsideracio scilicet mortis et infer-
Inconstancia scilicet ad cogitandum et consi-
derandum istud nunc illud, precipitacio sive
inhonoracio sui, scilicet quia quis precipi-
tanter currit ad peccandum exponens
se periculo mortis propter luxuriam complendam
quia morbus quilibet datus se ipsum
inhonorandum precipitat et statum
cum bonorum suorum annichilacio consumit
ex quibus habet se et suos nutrire
conformiter Apostolus dicit plerique in mea
libus suis, que castigandus
vocantur ex quo nimis vitis voluptu-
ose in vacat sunt corpus et statum
sua maculentur. Et in suo modo de
Consolacione Boecius eciam ait de volup-
tatibus corporis loquens, cuius appeti-
cio quedam plena est sancitas [illegible]
vero penitencia. quantos ille morbos
quam intollerabiles dolores quasi
quedam nequicie fructum solent affer-
re corporibus. De hoc vero et de multiplici
eius malo et quantum sit infamie
vide in ii parte libri parte [illegible] qui
incipit [illegible] ex [illegible] vallibus et
timor sui sicut ex quibus desiderit lon-
gam vitam adhuc ut compleat vo-
luntatem suam [illegible] fit

quia deus abstrahit se ab eis et
pariter eos qui sequuntur corporis delicias
ad quas declinat superbia et luxuria
defectus prius secundum sed appetitus diu-
ciarum sanitatis fortitudinis et longe-
vitque luxuriosus fuit sibi consequitur
horror vel desperacio futuri que est di-
ffidencia venie vel glorie consequende
et hec filia luxurie consummate. Sed lu-
xuriosus vellet de vite preteritis filiarum
plenius prosequi. De ipsis vero aliis
racio consignari videlicet quod cum infe-
riores potencie seu vires vehementer affi-
ciuntur ad aliquam rem tunc superiores
vires impediuntur et deordinantur in ac-
tibus suis. unde cum per luxuriam vires
inferiores sensitive maxime afficiuntur circa
delectabilia tactus propter vehemenciam de-
lectacionis, ideo per luxuriam maxime
deordinantur vires superiores scilicet racio
et voluntas in actibus suis. Et sicut
nunc de ordinacione est nimis [illegible]
qui dicuntur oriri de luxuria et ideo
ulterius est sciendum ex racione habet iiii
actus circa agenda, que deordinantur
per luxuriam. Primus est cognoscere aliquem
finem ut bonum appetendum. hic actus
impeditur per luxuriam iuxta illud Danielis xiii
Species decepit te et concupiscencia subvertit
cor tuum et quantum ad hoc ponitur cecitas
mentis. Secundus autem actus racionis est
consilium de hiis que sunt agenda propter
finem et hic actus impeditur per concu-
piscenciam luxurie. Unde Terencius dicit
de amore libidinoso ex res que in se
nec consilium nec modum habet ullum eam
consilio regere non potes, et quantum ad hoc
ponitur precipitacio que dicit subtraccionem
consilii. Tercius autem est iudicium de agendis
et hic impeditur per luxuriam. Dicitur enim
Danielis xiii de senibus luxuriosis ex avertentes

Nota
quatuor actus racionis
1
2
3

Inquinat mentem, dat tum pabula spiritui
Dat eos infatuat, ... amicabilis quinta pars mea

sensum suum et non recordacionem iudiciorum
iusticie. Et quantum ad hoc ponitur incon-
sideracio. Tercia filia luxurie. Tercius vero
actus est preceptum de agendis, qui impe-
ditur per luxuriam, inquantum scilicet concupis-
cencia ... impedit ne exequatur
id quod decrevit esse faciendum, et quantum
ad hoc ponitur inconstancia. Unde Terencius dicit
se recessurum ab amica dixerat. Thais
una falsa lacrimula restinguet te. Ex
parte autem voluntatis duplex consequitur
actus inordinatus. Unus est appetitus
finis, et quantum ad hoc ponitur sui
amor scilicet, quantum ad delectacionem quam
inordinate appetit, ad quem inordinatum
amorem sui sequitur odium dei, cum fa-
cio illud quod deus odit, et quod prohibet
fieri. Alius autem actus voluntatis est
appetitus eorum que sunt ad finem, et
quantum ad hoc ponitur affectus presentis
seculi, quia dum nimis carnalibus
detinetur delectacionibus non curat venire
ad spirituales, sed fastidit eas. ...
filio capti lumine carnali insipiencie ...
... sunt, ablata ... dulcedine
passionis carnalis, quia sub precepto
ad ... boni ... preconie ...
concluditur. Apostolus quod dicit ... super ...
Mulier est amicicie inimica, desiderabilis
calamitas, mali natura, boni colore
depicta. Et ... dicit Augustinus in
quadam epistola: O ... mundi, non
est requies, ubi cum quietis vita
bona quievit in regione mortis, et
... veniat ... adducat Sapi-
en[cia] tria mala pessima, que nos
docent luxuriam penitus evitare. Primum
est quod privat honorem habitum. Unde
primo spiritualis, Prov. vi: Qui autem ad-
ulter est propter cordis inopiam, perdit
animam suam. Secundo corporalis vite. Unde
dicitur secundo Regum xiii: Interfectus est Amon

qui violavit Thamar. Tercio privat
pecunie. Prov. xxix: Qui autem
nutrit scorta perdet substanciam. Quartum
dampnum est quia frangit animi
fidelis ... Unde qui hic ...
laborant, nullatenus fiunt fideles.
Unde Prov. vi dicitur: et ... accendit
... fidelem, fiunt muliere ad
hoc ut ei tollat ... honorem
suum. Tercium dampnum est quia homo
ponit veneni in statum servitutis
et miserie, quia facit spiritum servum
eius qui debet sibi naturaliter servire,
scilicet sui corporis, ac eciam servituti
mulieris reducit, quod est super omnia
miseriam. Unde Tullius in Paradoxo
scribit: An ille mihi liber videtur,
cui mulier imperat, cui leges
locat, ... est ... aliquid
est poscat, dandum est, minatur,
timescendum est, non ergo virum sed
nequissimum servum vel si in amplis-
sima natus sit ... appellandum
puto. Unde quidam sapiens ...
Mala que ... veniunt ...
... sibi ... dicuntur ...
ex sapiencie ... ...
Offendasque deum, de tempore labe reddendo
Simmones bonos ... et corde
... vitam studium ... huic predo
De ... quod ... et quod sepe
ad mortem perducit. Unde ... parte
... ... medu-
... in sua ... ... medium
et ibi require si placet. De periculosa
mencium ... et ...
Unde ... parte ... precepto
... ... fuge. Ad totum
illud preceptum bone consideracionis
... qui a laqueis
et eorum fraudibus ... valeant precaue-

Nota quod dicit Galienus quod plus
debilitat modica emissio seminis
quam si quadragesies tantum de sanguine
funderetur, unde qui multum coeunt
coloracionem perdunt sive palidi fiunt
et cito senescunt et debiles fiunt
Pro premissorum intelligencia magis
in speciali de ista septem dubitabilibus
est querendum vel ad videndum
Et primo queritur quare non sit tam
quare luxuriosi de actu venereo
numquam saciari possunt, vel ad con
trarium. Huic questioni quadruplex potest
assignari causa. Prima moralis assi
gnatur et est quia luxuriosi semper in
venereis actu vellent delectari, cum
ista delectacio ad opus generacionis
ordinetur ut supra habitum est, vellent
semper tamen delectari si nature possibili
tas adesset, sed plerumque homines
non stant post primam delectacionem
propterea se ymo abhominantur
et eos penitet etc., et hoc apparet de
dicacione sperme sue que valde
contristat et timidum debilemque facit
Unde dispendium talis eos vexat, si
eos invitat delectacio, etc. semper sunt
in horribili agonia, numquam ergo lu
xuriosi possunt esse contenti. Se
cunda luxuriosa est deo et hominibus
odiosa que sibi finem habet et
numquam potest. Tercia racio quia actus
delectabilissimus actus veneris nulla medi
cina delectacionem corrumpit, ideo
cum contentari potest nisi in actu
veneris perfectissime. Quarta racio est
quia ponunt finem in hiis que sunt
generi suo brutali. Alia racio est
quia talis delectacio corrumpit virtutem
unde ad bonitatis officium pertinet

ut homines a delectacionibus abstineant
cum virtus sit que bonum facit habentem
et opus eius bonum reddit, et cum
gaudium non oriatur nisi ex causa
virtuosa ita scilicet quod nullus potest perfecte
gaudere nisi in actu virtutis Sexta
quia peccator est in actuali vel habituali
historia, in lectura aut aliquo movetur
tamen et methaphorica et apparenti
sed non consistenti. Secundo queritur utrum
vicium luxurie sit maius omnium
peccatorum. Brevissime huic questioni
videri potest, quod vicium luxurie a
sanctis maius dicitur quadruplici de
causa. Prima racione blandimenti ardoris
qui est in peccato sicut quod eo
pulsatur corpus, et hoc accipitur
illa glossa. Item ad Corinthios vii que dicit
quod ardor libidinis, quo ut nullus
maior est, voluptas corporis animum
suum tenet. Secunda est racione qualitatis
et sic hoc intelligitur textus Ysidori
quia magis per luxuriam tamen humanum
genus subditur dyabolo quam per aliquod
aliud. Unde istud peccatum vocatur sa
gena dyaboli. Abacuk primo et Genesis vi°
Unde sicut in sagena magni et plures
pisces capiuntur, ita et isto peccato plurimi
et magni detinentur. Iuxta illud poete
Non est qui se abscondat a calore eius
Tercia racione feditatis, quod fedius est
inter omnia alia peccata, et minorem
feditatem ex quanto ad fetum reddit
in homine. Apostolus dicit. Item hoc
peccatum est minoris culpe et maioris
infamie in hoc et facit ad ...
Ubi notandum quod istud vicium est fugiendum
et odiendum specialiter propter quatuor, quia
diabolo valde fetet et displicet, hominibus
valde placet, deo est contumeliosum, proximo
iniuriosum et subiecto nocivum.

Dimissis quod omnibus aliis durum est
de primo scilicet quod istud vitium aliis vilius
fetet quod tale exemplum probatur. In vitis
patrum legitur de quodam monacho qui ad
aspectum mulierum luxurie ardens ob
temptationem. Item de huius peccato in eodem libro
et aliud exemplum dominatur. Legitur ibidem
quod quidam sanctus pater quendam infantulum
in silva nutriebat qui ad infirmitatem
ad annos pubertatis devenisset valde
spiritu fornicationis vexabatur volens
ad seculum causa libidinis redire et
hoc cum senex vir multum doluit, et cum
per duos annos in illa temptatione blandi-
mentis exhortationibus eundem ad ultimum
dixit quod nullo modo sustinere poterat, dixit
eidem vir sanctus: vade ergo et dic quod
et in memoriam patris salvari, arripiet
iuvenis tunc dixit vir sanctus unum
de quo peto, quod antequam ad seculum redeas
quod prius ad fontem qui est in silva
accedas et ibidem xl dies ieiunando deum
rogans deum ut tibi bonum bona
elargiri dignetur. Hoc est magnum dei
donum cum [illegible] solitum.
Mulieris bone vitae visus sum. accipe de
paene quod voles. acquievit iuvenis.
Cum autem per septem dies ieiunasset dum
in ordine persisteret magnum sensit fetorem
qui ad spatium duarum horarum continue
tamen vix tollerare valebat. Et ecce
quedam mulier turpissima oculis leprosa
ac eciam scabiosa, ex qua fetor ille ex-
halabat apparuit iuveni dicens: Ubi es
amice per multum tempus te quesivi. multum
te diligo. super omnes te appeto. Cui
iuvenis: quid dicis tu turpissima
ac eciam feditatis intollerabilis induta.
Inquit illa: te volo. te cupio quia te diu
[illegible] multum te petivi multum te quesivi
volo quod dormire debeas mecum. statim
iuvenis cepit in eius fame fugere
absit a me ut dormiam tecum cum
tam sordida atque turpis. Ad quid
inquit illa omnes eos tu prius
vocabis nisi quod volueris. Audi-
